III/303

20 / I

Actum Petricoviæ in Judicijs Ordinarijs Generalibus Tribunalis Regni, Feria Quinta Ipso Die Festi Sancti Fabiani et Sebastiani Martyrum, Anno Domini Millesimo Septingentesimo Decimo Octavo.

Ad Judicium præsens Ordinarium Generale Tribunalis Regni Petricoviense, Actaque Judicij eiusdem personaliter veniens. Ministerialis Regni Generalis Providus Paulus Cieslik de villa Szczechow authenticus et Iuratus Sanus existens palam recognovit Quia Ipse Citationem literalem Authenticam pro Judicijs præsentibus Spectantem infrascriptam Tenoris talis Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ, Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kijoviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolensciæ Severiæ Czerniechoviæq[ue] nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ Princeps et Elector. Tibi Magnificæ Justinæ Cwinskie, primi olim Illustris et Magnifici Nicolai Bykowski Castellani Podlachiæ, Secundi adpræsens voti, Magnifici Rydlowski Castellanides Sierpscensis, Consorti, Fortunæ Mobilis Radziszewianæ nullo Iure, ac Bykowianæ mobilis et Immobilis Possestrici, et interactrici, de Persona bonisq[ue] tuis generaliter omnibus mandamus, Ut coram Nobis seu

Archiwum Rodziny AUGUSTYNOWICZÓW-CIECIERSKICH z Bacik 567

Judicio nostro Ordinario Generali Tribunalis Regni Pe
tricovien[sis], tum dum et quando causa praesens sive ex
Regestro inpascriptis Actricis, sive ex Inscriptione Ma
gnifici Bykowski Pocillatoris Syradien[sis], ad iudican
dum vocata et aclamata inciderit personaliter pe
remptorieq[ue] compareas. Ad Instantiam Instigatoris
Judicij Nostri, eiusque Delatricis Magnificae Annae
olim Illustris et Magnifici Joannis Tembicki Castellani
Naclen[sis], ex olim Illustri et Magnifica Teresia Filia
quondam Illustris et Magnifici Bykowski, et Marian
nae Radiszewska Castellanorum Podlachiae coniugum
procreatae Filiae, iam autem Magnifici Balthasari
Lieuorski Dapiferi Terrae Drohicien[sis] Consortis, cum
eiusdem Mariti sui Authoritate et assistentia,
Actricis, quae Te Maritatam cum tui Mariti ite
dem assistentia, ad Paratas Inscriptiones, in Rege
stris dependentes, paratosq[ue] Iuris quosvis gradus,
supplendo et meliorando Anteriorum Citationum quos
vis defectus, adhaerendo legibus et Constitutionibus
Regni citat, Idq[ue] in eo; quatenus Iu munimenta
Dispositiones, Substantiam Radiszewianam, et By
kowianam, ac Skotnicianam enucleantia, Fatis olim
Illustris et Magnifici Nicolai Bykowski Castellani
Podlachiae, tui ultimi voti Mariti sui vero Actricis
Avi derelicta, una cum Mobilibus Inventariis [illegible]

nodiis ac Summis paratis in quacunq[ue] Forma et Materia sit
olim Illustrem et Magnificam Mariannam Radisze
uska, eiusdem praenominati, olim Illustris et Magni
fici Castellani Podlachiae prioris voti consortem Aviam
Actricis, in Sucero Actricem uti legitimam Succestri
cem, tam ex Fortuna Radiszewiana non Subie
cta, et Persona olim recensiti, Illustris et Magnifi
ci Castellani Podlachiae, ultimo voto Mariti tui, quae
et Bykowiana procedentis devoluta, praevia restitu
tione Usuum, Fructuum, et Proventuum, comportes
realitatem comportationis Iuramento Corporali comprobes
ac Nihilominus citaris, ad videndum et audiendum Ius
adviatalitium ex Persona praedicti olim Illustris et Magni
fici Castellani Podlachiae, in rem tui Actricis Authen[ticum]
uti post Factam Dispositionem Ultimariae Voluntatis
Testamentariae eius recognitum, per te ut Supponitur
procuratum, tum ex rationibus abusus Substantiae
Fatis eius derelictae aliisq[ue] in Termino Termini feren
dis, per Sententiam Iudicij Tribunalitij Nostri cas
sari, et ad restitutionem Proventuum, ex Bonis inde
bite perceptorum Stringi, desolationem eorundem
compensari, Ceteraq[ue] ex vi causae praesentis Subsequen
tia contra te Statui, decerni et Sententiari Sis
Terminum attentatura et responsura, Datum
Petricoviae Feria Secunda in Crastino Festi San

cti Thomæ Apostoli Anno Domini Millesimo Septin gentesimo Decimo Septimo. In Curia Oppidi Bratoszowice, Feria Sexta in Crastino Festi Sanctorum Trium Regum anno præsenti proxime præterita præsente Familia Curiali posuit, et publicavit de Juris forma. de quo eiusdem præsens Ministerialis Relatio.

Dziewiszewski

[illegible]

Ex parte Magnifici Pilcicki Dapiferi Terræ Drochiciensis contra Mfcum Bychowski Pcillatoren Sypraciensis Relatio

Cemowa

Ipso Die SS Fabiani et Sebastiani Martyrum

Ze 9

~~No 9~~

11